1437. ~~xxx~~ Ex MS archivi Stan. Aug Regis Collectionum Dogelii

# Foedus Eliae Palatini Moldaviae cum Sigismundo Magno Duce Lith.

339.

64

Dei Gratia. Nos Elias Palatinus, et Dominus Terrae Moldaviens. Notum facimus presentibus Literis Omnibus qui eas inspecturi sunt, seu ubi legentur, audituri, quorum interest; Nos pollicitos esse, et polliceri Parenti Nostro M. Duci Sigismundo quod illi vinculo amicitiae tenebimur, ac contra Omnes illius hostes partes ejus tuebimur, et faedere junctis amicos, et hostibus inimicos praestabimus. Parens quoque Noster M. Dux pariter Nos benevolentiâ et favore prosequi, ac pro Nobis Contra omnes adversarios Nostros stare, cum amicis Nostris unum sentire, et hostibus Nostris adversari tenebitur. Excipimus tamen Dnum Nostrum Regem Poloniae, contra quem et Regnum Ejus Nullo unquam tempore adversae factioni adstipulabimur Atqui ad majus robur hujus Nostrae suprascriptae rei jussimus Nostrum et Optimatum Nostrorum Sigilla appendi Datum Szoczaviae Anno 6945. 1437 od stworzenia swiata.

Valachica.